

PAVLILEONII
PATAVINI
IVRECONSULTI DVCALIS
CNSILIA RII

*In difficillimum totius legis Gallus,
ff. de Liber. & Posthum.
Contextum*

Scholia.

CVM PRIVILEGIIS.



VENETIIS,

*Ex officina Marci, de Maria Salernitani Bibliopola
Neapolitani. M. D. L X III.*



EX Gallus. Quanta sit huius legis difficultas
 † Neminem latere existimo, inde enim per eu-
 denter appetet, quia scribentes omnes eius diffi-
 cultatem prædicant, ut per glo. fin. in fi. in l. ista,
 & per glo. instit. de obligat, ex quasi delicto. in
 prin. in uersi. ideo per Bar. hic & per Moder. re-
 pet. quo igitur in maiori uersamur difficultate, eo diligentius at-
 tendendum erit, quoniam uero obscuritas non parum in contextu
 uersatur, sic circa singulas ipsius partes declarare statui. Sed prius,
 quia per totam ferè hanc legem de posthumis mentio habetur, id-
 què diuersimode, uidendum in primis erit, qui dicantur in iure
 nostro posthumus. Item quot sint eorum species? Posthumos
z enim, † secundum primuam ipsius uerbi & originariam signifi-
 cationem dicitur filius ille, uel nepos, aut pronepos, qui nascitur
 post mortem patris sui, aut avi, uel proavi, &c. quasi posthu-
 mum, seu posthumationem illorum natus sit: ad differentiam filij,
 superstite adhuc patre, aut nepotis, uel pro nepotis, superstite auo,
 uel proauo nati, de his loquitur text. in l. 3. §. posthumus Pri-
 mo responso infra tit. proximo; & hoc(ut dixi) secundum strictam
 iustius uerbi significationem: uerum per extensionem iurisconsul-
 torū latius sumpta fuit significatio huius uerbi; adeo quidē q̄ pluri-
 bus alijs modis posthumos dici certum est. Secundo igitur sciē-
3 dum est, † quod quinq; modis posthumus dici potest. ut per glo.
 in rub. C. de posthum. hæredib. instit. immo tu dic septem modis
4 dici posse: † Et Primo, prout supradixi, posthumus est ille, qui na-
 scitur post mortem sui patris, aut avi &c. ut in d. l. 3. §. posthumos
5 primo respōso ff. de iniusto rupto. † Secundo modo dicitur post-
 humus, qui uiuo testatore nascitur post tamen factum testamentū
 & de isto ēt loquitur text. in d. §. posthumos in secūdo respōso. sed
 iste in eo tantū cadere pōt, qui facit testamentū, ab intestato nō ca-
6 dit. † Tertio posthumus dicitur qui post testamentum adoptatur
 uel arrogatur ad similitudinē præcedētis, qui post testamentū na-
 scitur, sic dictus, de quo loquitur text. in l. filius a patre §. filius fami-
7 lias isto tit. & instit. quib. mod. testam. infit. in prin. † Quartō dicitur
 posthumus, qñ nepos post factū testamentū ab auo, in cuius erat
 potestate sed nō in primo gradu, quia pater eius, & sic filius avi t-
 statoris illū in gradu præcedebat, ideo nō potest dici suus, effici-
 tur suus ob mortē patris, qui illū in gradu præcedebat, aut ēt p emā
 cipationē, ut declarat imperator in §. ita demū insti. de hæred. quæ
 ab intest. defer. & in §. sui autem insti. de hæred. qualit. & differ.

Nam